



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Cor. Viri probi sermo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

JOANNIS PIERII VALERIANI  
HIEROGLYPHICORUM  
LIBER XXXIV.  
DE IIS QUÆ PER HYMANUM COR  
ET GENITURÆ VASCULA  
SIGNIFICANTUR

Ex sacris Ægyptiorum Literis.

AD SEBASTIANUM CORRADUM.

**E**cce tibi Cor meum, Cor inde incundissime, cui etiam addidimus genituræ vascula, eaq; mundissimam & pudicissimamq; Cor quidem à meo desumptum, qui summam eruditionem tuam, frugalissimum studium, acutum denique, quo polles iudicium, & multum admiror, & plurimum diligo. Genitura vero vascula, causa tua, à quo fruges tot proficiunt, quibus studiosi omnes avidissime pastantur, quemque hactenus cibum vel putridum, vel adulterinum saepe mandere coacti sunt, tua nunc cultura, tuo studio diligentiaq; valeant jam recenti, maturo legitimoque frui. Neque fructus huiusmodi ex Ciceronianis tantum hortis electi, sed ex totius Latini nominis possessionibus agrisque accepti, quorum hactenus arbores vel teredinitibus, vel erucis, vel visco, vel ulceribus, conductorum plurimum negligentia, nequa, vitiosa fuerant, per te nunc perurgate, culta, sarrivagæ, in pristinam rediere viriditatem, aberrantiam incolumemque fecerunt. Sed quod etiam pertinet ad vascula tam in Divinis nostrorum literis, quam in sacris Ægyptiorum, neque non apud Græcos præterea quæ à corde desumuntur significata, formis ipsa quoque indicia sunt. Qui cum igitur ego libentius sermocinaver, quam tecum, qui sponte meo tam utilium sermonum tuorum partitionem admisisti, qui clarissimo Egnatio collegam consularem me quaesturæ tuæ cognitione creari procurasti? Quare mihi videbor non sine magne voluptatis sensu loqui te tam, quotiescumque memor ero, scriptorum meorum, qualiacumque sunt, aliquid à te legi, non id fortasse ingenio & eruditioni tuæ responsurum, aliquod tamen daturum mei erga te animi testimonium.

DE CORDE.

VIRI PROBI SERMO. CAP. I.

**U**T vero à corde exordiamur, per id ita concinnatum ut illo catenulave suspensum à gutture propenderet in pectus, probi hominis orationem indicabant, ut qui mentiri aut fallere nesciret: sed, uti vulgo dici solet, ea ex ore proferret, quæ corde concepisset: ea scilicet loqueretur, quæ ipse sentiret, omni furo mendacique procul. Hoc ipsum Cicero, toto pectore, de sinceritate loquens, dicit. In pectore enim sedem habere cor, manifestum: atque illud, A-

*Cicero 2. de legibus.*  
*Cic. in libel. de amicis.*  
*Pectus cordis sedes.*  
*Hom. Odyss.*  
*1. vers. 49.*  
*Epist. 3. lib. 1.*  
*ad Titulum*

perito pectore, frequentissimo eorum usu, qui citra fucum loqui se profitentur. A quo loquendi candore Mercurius fuerit *deus* *ὄρνις* appellatus, candidum enim veteres *deus* dicebant. Præterea pectus pro recessu quodam accipitur sapientia. Unde Horatius:

*Non tu corpus eras sine pectore.*

Et hanc sententiam accipit Ambrosius, quod Apostolus ille, qui ante alios divina sapientia donatus est, ad Christi pectus reclinet in cœna caput.

